Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Si diligitis eos quos diligunt. quam mercedem habebitis. Nonne et publicani
hoc faciunt. Quid igitur uultis nos. Ego autem dico uobis. diligite inimicos uros
Orate pro persequentibus uos. Si igitur iubet nos diligere inimicos nros unde dat
nobis exemplum. De ipso dicit. dat enim. Vestis filii patris uri qui incepit esse. Quoniam
illud facit dis. Diligit inimicos suos. qui facit oriri solem suum super bonos. Malos.
et pluit super iustos. Iniustos. Si igitur ad hanc perfectionem nos inuitat dis ut
diligamus inimicos nros sicut ipse diligit inimicos suos. ea nobis fiducia erit
in die iudicii. qua sicut ille est. Nos sumus in hoc mundo. qui sicut ille diligit in
imicos suos. faciendo solem suum oriri super bonos. Malos. et pluendo super ius
tos. Iniustos. nos qua inimicis nris non possumus prestare solem. Pluuiam. preste
mus lacrimas cum pillis oramus. Iam igitur de ipsa fiducia uidere quid dicat. un
de intelligitur perfecta caritas. Timor non est in caritate. Quid igitur dicimus de illo.
qui cepit timere diem iudicii. Si perfecta in illo esset caritas. non timeret.
Et perfecta enim caritas faceret perfectam iusticiam. Iam haberet quare timeret.
immo haberet quare desideraret. ut transeat iniquitas. Iueniat regnum di. Ergo timor non est in caritate. Sed inquit caritate. Non in choata. Inquit
inquit. Sed perfecta inquit caritas foras mittit timorem. Ergo incipiat timor.
qui inicium sapientie timor dni. Timor quasi preparet caritati locum.
Cum autem cepit caritas habitare. pellit timor qui preparauit locum. Quantum
enim illa crescit ille decrescit. Iam quantum illa fuerit minor timor pellitur
foras. Minor caritas. maior timor. Si autem nullus timor. non est qua intret
caritas. Sicut uidemus per seram introduci linum quando aliquid suitur. sera prius
intrat. sed ut erat non succedit linum. sic timor primo occupat mentem. non autem
ibi remanet timor qua ido introiuit ut introduceret caritatem.
Ita facta securitate in animo. quale gaudium nobis est ut in hoc seculo. in
futuro. Quis nos nocebit plenis caritate. Videte quam exultat apls
de ipsa caritate. Quis nos inquit separabit a caritate xpi. Tribulatio
an angustia. an persecutio. an nuditas. an periculum an gladius. Et
petrus dicit. Quis uobis nocere potest. si boni emulatores fueritis. Ti
mor non est in caritate. sed perfecta dilectio foris mittit timorem. qua timor
tormentum habet. Torquet cor conscientia peccatorum. non dum facta est iusti
ficatio. est ibi quod titulet. quod pungat. Idcirco in psalmo de ipsa perfecti
one iusticie quid dicit. Conuertisti luctum meum in gaudium mihi. concidisti
saccum meum. Iuuisti me leticia. ut cantet et gia mea. Iam non pungar.
Quid est non compungar. Non sit quod stimulet conscientia mea. Stimulat
timor. sed noli timere. intrat caritas. quae sanat quod uulnerat timor.
Timor dei sic uulnerat quomodo medici ferramentum putredinem tollit. et qui
uidetur uulnus augere. Ecce putredo quando erat in corpore minus erat
uulnus. sed periculosum. accedit ferramentum medici. minus dolebat illud uulnus.